

ex eis errores à te repellere, & in quibus imitari naturam possis in artificio nostri famosi ac ingeniosi operis.

*Diuisio Libri.*

CAPVT II.

**P**Rimo igitur breuiter ponem<sup>9</sup> impedimenta omnia, quibus in hoc opere artifex impeditur, ne verum finem adipiscatur. Et tandē dicemus ea, quæ artificem huius operis in se habere expedit & oportet. Secundo disputabimus contra ignorātes & sophistas, qui propter suam ignorantia ac impotentiam huius artis magisterium, proficuumq; inquirēdo, artem interimūt, & eam nō esse affirmant. Ponemus ergo in primis omnes rationes & persuasiones eorum, & postea illas euidentissimè destruemus, ita quòd prudētibus satis pateat illorum sophistarum argumentationes in nulla parte veritatem continere. Tertiò disputabimus super principia naturalia quæ sunt de intentione naturæ, & ibidem super modo  
commix-